Dissertationem inauguralem de asthmate ... / publico examini submittit Johannes Christophorus Cæsar.

#### Contributors

Caesar, Johann Christoph, active 1677-1680.

#### **Publication/Creation**

Altdorffii : Literis Schönnerstædtianis, 1680.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/fnc7uscr

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

## AUSPICE DÉO TRINUNO, CONSENSUET AUCTORITATE GRATIOSISSIMÆFACULTATIS MEDICÆ IN

CELEBERRIMA NORICORUM UNIVERSITATE, DISSERTATIONEM INAUGURALEM

De

# ASTHMATE, Pro LICENTIA,

ummos in Arte Medica Honores ac Privilegia Doctoralia impetrandi,

Publico Examini submittit

JOHANNES CHRISTOPHORUS CÆSAR, Ebl. Thuring.

> Ad diem 25. Junii ANNO M. DC. LXXX.

ALTDORFFI LITERIS SCHÖNNERSTÆDTIANIS. Digitized by the Internet Archive in 2019 with funding from Wellcome Library

https://archive.org/details/b30765857

- 彩( 0 ) 繇-

# I. N. J!

# PROOEMIUM.



On temere miratus Harvæus problema sequens, ceu modum Gordium reliquit, tract. de Partu: Quomodo

Enempe fœtus in lucem editus, ac membranis integris opertus in aqua etiam sua manens, per aliquot horas citra suffocationis periculum superstes sit; idem tamen secundis exutus, si semel aërem intra pulmones attraxerit, postea ne tantillum temporis absque eo durare possit, sed confestim moriatur? similiter quomodo in sectione Cæsarea, fœtu horis complusculis post matris obitum exempto, vitalis tamen is reperiatur, & intra secundas sepultus, aeris nihil indigus, supersit, simulac autem eo semel gavisus fuerit, etiam in easdem secundinas repositus, illico ob hujus carentiam suffocetur. Pro quo solvendo, quamvis Excellentissimi etiam Viri occupati fue-A 2 rint,



tint, constipationem pororum'à frigidiori ambiente, excrementitiis humoribus æque ac vaporibus secessium impedientium, sanguinisque mo. tum intestinum turbantium, atque ita aliam secretionis viam postulantium, pro causa adducentes, non omne tamen punctum tulisse videntur. Sed quicquid tandem sit, extra omnem tamen dubitationis aleam positum est, vitam ac respiratio. nem pari passu ambulare ; & quamvis à cibo ac potu per dies 2, 3. aut plures vita manente abstineamus, juxta Hippoc. lib. de flatibus, ea tamen, nisi præsentaneo mortis periculo ne tantillum etiam temporis carere possimus. Hæc autem juxta ordinarium naturæ cursum intelligenda esse, in antecessum moneo, quæ alias de Urinatoribus, ac imprimis celeberrimo Cola in Sicilia, ob incredibile natandi ac submergendi studium cognomento piscis nuncupato, passim leguntur, quaq; Consent. progymnas. Physiol. 7. de homine amphibioreddendo, mediante oris nariumque sæpe de die obturatione spiritusque interceptione, quo sanguis per foramen ovale ex cava in venam pulmonalem influere necessum habear, speculatus

eft,

· #28# ( 5. ) · #28# est, huc non spectant. Quo necessarior verorespirationis usus, eò periculosior læsio & gravior inde resultans noxa est; seu vitio viarum aërem non sufficienter admittentium, seu vitio principii moventis ac ampliantis thoracem, seu vitio pulmonum aëris receptioni dicatorum contingat, quælibet sanè digna quæ peculiari Disserta-tione examinetur. Placuit tamen, exigente Gratiofiffima Facultate Medica specimen Inaugurale, ultimum jamjam memoratorum vitiorum, ac inprimis eheu! omnibus notifimum ASTHMA ventilandum proponete. Quod fivero minus ad amuffim L.B. thema hoc exascitatum invenies, mihi temporis angustià circumscripto ne vitio vertas quaso. Deus annue cœptis!

### THES. I.

Ntequam ad realem Afthmatis tractationem nos convertimus, placet paucisimis, faltem ut confuetudini morem geramus, ovoµaroλoyíav ptæmittere.

ac

Dicitur autem Asthma à græco ad payva, quod idem est ac anhelo, difficulter ac cum sonitu respiro : Retenta vero

#### **\$658**( 6. )**\$658**

ac ad Latinos postmodum perventa est hæc vox, non secus ac alia affectuum nomina, cephalalgia v. g. aphonia &c.

III.


Gaudet fubinde & aliis appellationibus, quas omnes recenfere fupervacaneum puto, imò vereor ne crambe toties à Scriptoribus Practicis cocta appofitâ L. B. nauleam creem : Unica faltem, qua *Helmont. tr. Aftm. & Tuß.* Caducus pulmonum, ut & Epilepfia dicitur pulmonum, hîc adducta fufficiat. IV

Homonymice confideratum lumitur vel stricte, pro ea faltem, quæ cum sibilo ac stridore sit, respiratione; vel late, ut dispnæam & orthopnæam simul includat. Vid. Sylv. in prax. Willif. Ph. R.

Sed miffis his, quippe quæ grabatô affixo feram promittunt curam, realem potius Afthmatis tractationem otdior : Nolo autem in aliornm definitionibus examinandis oleum ac operam perdere, quin potius ex méa ita defcribere obfervatione, quod fit difficilis, crebra, anhelofa ac cum fibilo, fine febre, facta refpiratio, à ductuum aëriferornm obftructione aut nervorum præternatur. conftitutione dependens, quam comitatur non raro tuffis cum anxietate plus minus præcordiorum. VI

Generis loco ponitur respiratio, quod & omnibus feré pulmonum vitiis commune est; reliqua vero verba differentiam absolvunt, quæ desumta est vel à tempore, vel modô, vel locô affectô vel causa, vel concomitantibus symtomatibus. Ut igitur quis audiat Asthmaticus hæc requisita conveniant necesses, quippe quæ ab angina, peripneumonia, incubo, aliisque affectum hunc distinguunt.

VII.



Cum vero rectum sit norma sui & obliqui, non absurdum foret organa tespirationis eorumque actionem in statu naturali constituta præmittere, ut declinatio ab eo tanto melius nobis innotescat.

#### IIX.

Concurrunt autem ad respirationem, naturaliter conftitutam, ceu efficienter musculi thoracis numero sane egregio, 57.nempe, à Diemerbr. anat. p.674. recensiti, quos omnes tamen adducere supervacaneum puto, eo quod quidam vel plane nihil, vel parum juxta experimentum Pecqueti à Barth. Anat. Reform. p. 341. citatum, ad effectum producendum conferant. Quantum vero ex propriâ observatione colligere licet, primarium hic locum inveniunt musculi servatione colligere liset primarium hic locum inveniunt musculi servatione tr. de musc. & gland. p.11. descripti, cum cervicalibus descendentibus Diemerbr. quibus in moribundis, asthmaticis, ac concitatiori cursu levatores scapularum & rhomboidæos succurrere, non est quod dubitemus.

### IX.

His fuccedit diaphragma, corpus illud ab infera parte thoraicis cavitatem claudens, non quidem fitu exacte transverfo, fed obliquo magis, ac angulo inferius multo obtufiori, quam est superiora thoracem versus spectans, in cujus medietate centrali qua spectat abdomen concavum, convexum vero versus superiora. Substantia ejus panniculo nerveo-carnoso haud absimilis, ut mirari satis vix possim, Schuvammerd. tr. de respir. sect. 1. c. 2. & sect. 2. c.1. tantam ei dilatandi thoracem potentiam attribuisse, cum tamen actio hæc diaphragmati non dicam impar, ob roboris insufficientiam, sed penitus impossibilis

#### ₩69£ ( 8. ).\$69£

bilis fit ob contrariam musculorum actionem, contractoriam scilicet, qua de re tamen fusius vid. c. l. Diemerbr.

Tandem etiam pulmonum substantia cum annexis vasis consideranda venit, cujus textura, non extrita hactenus Medicorum sententia carnea amplius creditur, sed aggregatum quid ex levissimis & tenuissimis membranulis, que extensæ & finuatæ pene infinitas vesiculas orbiculares & finuosas efformant, ceuin apum favis alveoli, prout ex Oculatissimi Malpighij binis ad Borellum datis epistolis sufficienter pater Has tamen vesiculas talem habere situm & connexionem, ut ex trachea, arborea sua figura undiquaque se expandente, in ipsas, mox ex una in alteram patens sit aditus : Ex vasorum autem arteriæ scil. & venæ pulmonalis exilissimis propaginibus, annulatim & tortuole immixtis, ac confule pertextis, ef. formari quasi rete quoddam mirabile, undiquaque extensum, fingulasque protuberantes vesiculas vinciens ac colligans, cu riose nobis Curiosissimus Author ad oculos ponit. Vala vero huic organo competentia sunt aspera arteria, fibris muscularibus donata, lymphatica vasa à Rudbeck. tab. 2. delineata, arteria & vena pulmonalis cum nervis à pari vago ortis, per universum ejusdem compagem disseminatis, prout graphice nobisea describit Willis. nerv. usu. p. 131.

XL

Ab his igitur recenfitis organis refpirationem dependere, sole clarius meridiano, saltem de modo fiendi, seu qua ratione quodcunque dictorum organorum ad finaliter causan dum concurrat, arduê inter Authores disceptatur; ex quorum tamen opinionibus ac vanis sepè rixis nolo centonem mihi consuere, quin potius quid probabilius videatur, quidve ex pro

#### \*55E ( 9. )\*55E

propria, circa functionem hanc nobilissimam sapiuscule instituta observatione constet, paucis adducere.

X11.

Nempe dum mulculi, quos §. 8. adduximus, fui contra-Etione, ab interno principio dependente, costas annexas surfum & extrorsum trahentes, thoracis cavitatem ampliorem pulmonibusque dilatandi locum commodiorem concedunt, non potest non simul diaphragma costis per totam earum concavam circumferentiam affixum, structura præsertim ac fitu conspirante, parem cum costis motum subire, ac è figura globosa in planiorem quodammodo abire, contractione imprimis fibrarum carnosarum, à centro ejus membraneo ad musculosam peripheriam tendentium, hinc globossitatem ipsius centralem nerveam paulisper trahentium ac cavitati pectoris aliquale incrementum afferentium, non obscurè adjuvante.

#### XIII,

Ampliato autem dictô modô thorace, de pulmonibus quæftio oritur, an dilatentur quia impleantur, an impleantur quia dilatentur; Prius cum Carthefianis defendit Schwvam merd de refpir Charleton. Exerc. 8. Posterius Sylvius Differtat. 7. & Deusing. de respir. aliig, Ego vero cum Willisso c l. teneo, ipsos pulmones primos motuum suorum instinctus concipere & prædictorum nervorum ope ses aliquatenus exercere; cum vero fibræ illis pro motu locali requisitæ desint, thorax vero cum diaphragmate sufficienter se dilatet, non potest non elater, seu aëris continue ser tractatu aëris vis elastica, comprobatus, su sponte per tracteæ numeros semitas in vesseulas Malpighio c. l. descriptas irruere, easque instare, quo, præter alios us, sanguinis assuration to se severa seundi, per flacci.

dum

#### \*\$\$\$\$\$( 10. )#\$\$\$

dum alias organon, aditus pateat; non secus ac in vegatibilibus fistulas ejusmodi spirales seu aëriseras, per quas aër percolatus plantarum quasvis subintret partes, ut præter vitæ communicationem ac earum erectionem in germinatione, perpetuum quoque succorum motum intestinum atque localern juvet, annotante Clarissimo modo dicto Authore in Anatom. su plantarum.

#### XIV.

Hisce prælibatis, ceu scitu necessariis ad affectum hunc & cognoscendum & curandum, liquido apparet, partem primario affectam esse pulmones, reliquis tamen ad respirationem concurrentibus organis non excluss; ex variarum enim partium læsione variaque accedente causâ, variam etiam appellationem sortitur asthma, sitque nunc humidum nunc siccum, & hoc iterum, experientia confirmante, vel convulsivum vel Paralyticum : Reliquis divisionibus filentii peplo involutis.

#### XV.

Humidum, alii Pnevmonicum vocant, Veteribus fofolummodo cognitum, causam proximam agnoscit vesicularum pulmonum aut alperæ arteriæ ramificationis obstru. Ationem: Obstructio autem illa triplici potissimum de causa oriri potest, vel (1.) å sanguine quantitate peccante aut vitiosa qualitate imbuto (2.) vel lymphå motu suo impeditâ, vel (3.) tandem obice quôdam interjecto; de singulis seorsim.

XVI.

Etenim quod Veteres fere omnes uno ore affirmant, quasi scilicet ex cerebro mediantibus faucibus destillans humiditas serosa asperam arteriam & pulmonum interiora subintret, atque in his Asthma producat, jam dudum in dubium vocari cœpit à Sennerto part. 3. lib. 2. cap. 2. Penitus vero rejectum

### ASSE( 11. )ASSE

Etum per solidiora fuit argumenta abs Helmont. traet. Asthm. & Tuß. §. 68. it. Catarrh. delir. §. 38. & Clariß. Schueidero de Catarrh. Lib. 3. c. 4. & 5,

#### XVII.

Inter producentes igitur causas meritò sanguini pri-mum concedimus locum, & quidem quantitate aut ebullitione, à caufa externa proveniente, peccanti, ut in Plethora ; cujus effectus eleganti quondam simili, à mola petito, nobis declaravit Excell.D.D. Rivinus, Lipfienfis, Præceptor meus ad urnam usque honore ac observantia mactandus: Hujus namq; rotæ quamdiu moderatum, sufficientem tamen, aquæ affluxum valvulis suis recipiunt, tam diu optime succedit effectus, fin vero cœlô descendentibus nimbis, ac colluvie aquarum oboriente rotæ undiquaque obruantur, munereque suo defun. gantur, tunc totius machinæ deficit effectus, ac nostrates, Die Muble ist ersoffen/communiter dicere solent : Eodem fere modo dum copia sua pulmones influit sanguis, ut venæ longe impares fint pro evehendo tam brevi temporis spatio irruente sanguine, obruuntur, quibus obrutis sanguis quo. dammodo stagnat, ac una cum præcordiorum angustia difficilem illam ac suffocatoriam producit respirationem.

#### XIIX

Qualitate vero vitiofus fanguis Afthma producit, quatenus pituitofus, visciditate sua capillaria obstruens vasa, cruorem ad stagnationem disponit; serosa hinc ejus pars à rubicunda secedens ad asperam arteriam dilabitur, ac repetita, licet difficili satis, respiratione & aëris appulsu crebriori magis incrassatur, atque in spumam efflorescit, non secus ac liquor quilibet viscidior frequentius agitatus: Vel cruditatibus salinis, imprimis acidis refertus sanguis in pulmonibus coagulatur, ac dicto jam modo effectum producit. Opinionem hanc

proba-

probabilem reddit infusio, liquoris cujusdam acidi coagulantis in venam animalis vivi cordi proximam v.g. jugularem utpote qua sauguis successive omnis coagulatur & ad circulandum per angustiores meatus ineptus redditur ; Unde animal mox summa difficultate spirandi corripitur, pituita spumosa ex ore ipfius copiofissime profluit, tandemque suffocatum perit; quo aperto, tota pulmonum substantia cavernosa cum ramis trachez simili muco spumolo referta conspicitur. Existentiam autem pituitosi sanguinis obstruentis, Cachectici, qui utplurimum anhelosi ; ac acidi coagulantis præsentiam exemplum ex Zecchio à Sennerto. c.l. quast. 7. adductum, fatis affirmant.

#### XIX.

Altera causarum, constituentem producentium quam adduximus, lymphæ, per vasa sua, motus impeditus est; Nam. & pulmonibus sua sunt vasa lymphatica à Rudbeck. c.l. primum delineata: Non autem solam lymphæ stagnationem hic intelligo, quippe quæ, propter vasorum exilitatem ac infrequentiam, præter tuffim aut levem dispnæam, non tantas generareposser turbas; quin potius ab acrimonia factam erofionem aur distensione ortam dilacerationem hic accuso, quâ lympha continuo rivulo aut guttatim faltem, ad interiora ac vesciculas receptioni aëris dicatas, dimanans, Asthmati humido manum porrigit per quam facilem. X X.

Tandem etiam huc referenda constipantia, seu concreta quædam duriora in asperæ arteriæ ramificationibus genita aut prope eas consita, Asthmatique ansam præbentia, quale à carunculis in bronchiis pulmonum hærentibus se observasse scribit Horstius instit. p. 435. aut à lapillis variis in locis asperzarteriz incumbentibus Kerkring. observ. anat 27. auta pume-

#### \$69E( 13. )\$69E

pumescente pulmone in Presbytero quodam proveniens Afthma Helmont. c. l. §. 42. aliique annotarunt. Cum autem hæc vix cognosci nedum curari possunt Asthmata, Sylvio assensum præbente, ideo fusiorem ej us tractationem sicco prætercopede. 2 Proto

#### XXI.

Siccum autem Asthma, ex quo non commode se extricare poterant Veteres referente Fonfec. l. 1. conf. Plat. l. 1. objerv. Pison de Morbis à Colluv. feros.ort.quod fine magna bronchiorum obstructione aut compressione, solummodo à nervorum præternat. constitutione dependet, distinximus in Convulsivum & Paralyticum : Nam quod Veteres ut & ex Recentioribus Barthol. anatom. p. 415. affirmant, quafi scilicet pulmones ad latera cum pleura per fibrosos nexus aliquando connati, dispnœam aut Asthma continuum inducant jam dudum abs Helmont. c. l. J. 46. explosum ac Kerkring. obs. 72. confirmatum ; tantum enim abest ut respirationem impediant, ut potius eandem facilitent; prout ex concurrentibus ad respirationem organis, supra notatis, sufficienter pater.

#### XXIL

Convulsivum igitur, à meris fibrarum motricium spasmis exortum, non uni loco aut peculiari cuipiam organo limitatur, sed ad partes ferè omnes respirationi dicatas extenditur, ita ut nunc trachez bronchia coarctata aut constricta, observante Willis. de Morb. convulsiv. nunc diaphragma, annotante Helmont. c. l § 56. nunc musculi pectoris à materia morbifica irritati & convulsi, morbi hujus paroxismos inferant. XXIII

Causæ vero ad anomalias illas spasmodicas organa respirationis concitantes, utplurimum funt falia acriora imprimis acida, quæ spiculis suis, seu ensiformibus juxta Carthesium, feu

#### ASSE( 14. ) ASSE

feu aliuscujuscunque figuræ, hîc non disputabo, rodunt aut leviter quasi incidunt fibras nerveas, ac consequenter molestiæs fensum imprimunt inhabitantibus spiritibus, qui factam impressionem ad cerebrum deferunt, ac inde latis suppetiis cum impetu musculum irruunt, ventremque ejus distendendo membrum abbreviant ac inefficax reddunt pto munere suo obeundi. Evidentisse hoc apparet in scorbuticis confirmatis, qui utplurimum asthmatici aut convulsivi quid patiuntur; quatenus massa eorum sanguinea, vino pendulo aut rancescente à Willis. de Scorbut. c. 1. p. 147. comparata, vitioss falibus imbuta, dicto jam modo miserabilem producit effectum.

#### XXIV.

Nuncultimam etiam Afthmatis speciem quam Paralyticam vocavi declarandam fumo; miror autem, in limitestatim, nullum hactenus, quantum scio, Scriptorum Practicorum, Neoreticorum æque ac Veterum hanc morbi speciem annotasse, aut si factum, asthmati convulsivo annumerasse, vid. Willif. mot. conv. observ. 1. p. 138. cum tamen ratione causarum toto differant cœlo. Spiritus enim qui in Asthmate convulsivo irritati cum impetu organa respirationis influunt hîc plane vel propter nervos obstructos vel spirituum inopiam dissipationem aut retrocessionem, deficiunt. Sane qui nimium Venereis utuntur deliciis, præter appetitus prostrationem anhelosiaut plus minus Asthmatici evadunt, revera non alia de causa quam quod spiritus illo libidinis œstro imminuti aut dissipati insufficienter par nervorum vagum, quod ven. triculo æque ac pulmonibus prospicit, his ut nervos stringendo primum motus instinctum concilient, prout §. 13. dictum, illi vero ut appetitum ac chylificationem promoveant, vid. Willis. anatom. cerebr.p. 133. influant ac dictum effectum produ-

cant.

#### \$69€( 15. )\$69€

cant. Egregium hujus rei exemplum *Helm. c. l. §.* 57,58. recenset, qu endam nimirum post Veneris usum frigus in thorace ac flaccidatem in musculis hinc Asthma sensisse, non à liene causatum, prout Author opinatur, sed solo spirituum defectu aut dissipatione. Nihil jam dicam de iis qui affectibus paralyticis laborantes Asthma patiuntur, quale quid & spie nuper in juvene hemiplegia cum Asthmate laborante, solis tamen adhibitis externé & interné analepticis curato, observavi. XXV.

Etenim & anicularum aut decrepitorum Asthmata chronica ad urnam usque illos comitantia, læpissime paralytica ex nostra esse sententia, affirmare nullus dubito. Utinam temporis ratio permitteret fusius ea declarandi, quô deficien. te, indicasse saltem nobis sufficiat.

#### XXVI.

Hæc autem Afthmata ordine recenfita raro manent fimplicia, cum ficca fæpiffimè in humida abeant; nam ductus pnevmonici à quacunbue caufa coarctati, liberam aëris infpirationem non admittunt, propterea fauguis aut lympha curfibus fuis impedita lente procedere aut stagnare coguntur, ac ferofitate sua seposita humidum Afthma inferre. Vid. Willia. Rat. Ph. p.2.

#### XXVII.

Cùm vero omniaea, quæ quovis modo, remotissime licet fomitem huic malo ac anfam præbent, sub nomine causarum in scholis Medicis accusentur, placet illa juxta communes rerum naturalium, non naturalium ac præter - naturalium classes recensere. Ubi ex naturalibus primum est Temperamentum, non variô 4. elementorum concursu & inde dependentibus qualitatibus primis ortum, sed ex radicali spirituum sanguinisque constitutione, juxta J. M. Marci Phil. Vet. rest.

#### 755E ( 16. )755E

restit.p.2.s. 4 resultans; hic si non adeo particulis activis volatilibus abundet, serosis vero salinis, acidis &c. conspurcatus sit, aptus magis existit Asthma producendi.

#### XXIIX.

Inter non-naturales primum locum occupat aér, qui vel nimis calidus, maffam fanguineam fundendo atque in motum rapidiorem concitando; vel frigidus, poros nimis constipando; vel miasmatibus ac effluviis vitios imbutus fanguinem alterando, vel salibus abundans acrioribus pulmonum vasa rodendo ac convellendo, quale de atmosphæra Anglica imprimis Londinensi à carbonum fossilium quotidiana concrematione, exhalationes sulphureo salinas continente, incolarum potissimorum pulmonibus noxam inferente, ferunt, asthmati ansam præbere potest.

#### XXIX.

Cibi etiam & potus vitia in quantitate & qualitate commissa, quid in morborum productione præstare possint, tota notamus die, inprimis autem ad cruditatem acidam ac pituitosam disponentes, manus affectui nostro porrigere possont auxiliatrices Nec minus damnum ex errore circa motum & quietem commisso, resultare potest; ille enim humores & spiritus exagitando, fanguinis fluxum accelerat, ac Asthma, modô §. 17. descriptô producit; hæc vero, ad quam vitam refero sedentariam, cruditatem acidam ac ex ea proveniens malum hypochondriacum cum scorbuto generando, symbolam suam nunquam conferre nequit.

#### XXX.

Restant excreta & retenta, quæ ultimum quidem in confideratione obtinent locum, ratione tamen effectus cum reliquis de principatu contendunt ; Nam humores, lege aliàs naturæ è corpore eliminabiles, quacunque de causa restitantes, ac na₹95€ ( 17. )₹95€

ac naturam quantitate & qualitate vitiata offendentes, ad pulmones propulsi pessimum hunc gignunt affectum. Sic Menfium, lochiorum, hæmorrhoidum suppressioni aut alii consueræ evacuationi omissæ affectum hunc incunabula debuisse, quis non novit? Exemplum variolarum retrogredientium in puero lethale Assemplum variolarum refert*Kerkring.observ. anat. 62.* Assemplum it: continuum, ab ulcere in tibia à chirurgo intempessive curato, provenisse à Spectabili Facultatis Medicæ hujus DECANO, D. D. MAURITIOHOFMANNO, Promotore meoæternúm devenerando, relatum tuli. Plures observationes ab Authoribus hinc inde congestas, temporis addere vetat angustia.

#### XXXI

Expræter naturalibus, Cachexia, scorbutus, malum hypochondriacum, hysterica passio, paralysis, vitia etiam interdum capitis circa ortum nervorum radicata cum vertigine, observante Hobocken spic. epist. ac vertebræluxatæab consensum nervorum, aliique affectus conjuncta habent Asthmata, vid. Helmont. Willis.c.l.

#### XXXII,

Inter fymptomata, in descriptione morbi posita, ac szpissime Asthma comitantia, tussis prima fuit facta mentio, in cujus fiendi modo duplicem motum, unum thoracis alterum laryngis, observare licet. Etenim thorax solus constrictus, laryngz patente, minime tussim infert, eò quod aëri libere transeundi porta manet expansa; fin vero larynx sestringat ac thorax propter comunicationem nervi intercostalis fimili motu affectus pulmones deprimendo aërem per angustas elidat senitas, non potest non cum stridore effectum illum quem tussim vocamus causari. Formale igitur tussis in motu convulsivo organorum exspirationi dicatorum consisti ; Causa

vero

### 7958 ( 18. )7955E

vero omne id est, quod quacunque ratione excitare nervos fibrisque muscularibus motum convulsivum conciliare potest. In Asthmate igitur humido, dum ramificationes asperæ arteriæ à muco viscido inibi collecto, comprimuntur, distenduntur, aut quocunque modo irritantur, in consensum rapiunt thoracem & diaphragma, ac conjunctis viribus conantur illud quod heterogeneum in illis continetur, expellere; ideo tussis illa, cum rejectione materiæ facta, humida vocatur. In ficco autem imprimis convulsivo, dum acrimonia salina nervos vellicat, ejiciendi illum conatum, quem ficcam vocamus tussim, producit, quæ tamen sæpissime, non secus ac de Asthmate dictum, in tussim abire potest humidam.

XXXIII.

Angustiæ præcordiorum, quæ utplurimum alterum fymptomata Althmaticorum audit, originem desideranti, non aliam quam contentorum vel continentium vitio ortam fanguinis stagnationem aut impeditam circulationem nominamus: Contentorum vitio, si nimis viscidus pituitos aut ab acido semigrumosus existit fanguis; Continentium vero si organa respirationis convulsi aut paralysi impersecta laborantes vasa comprimendo sanguinem impediunt quo minus circulationis leges servare possit; Transmissio enim sanguinis per pulmones sine dilatatione impossibilisest, demonstrante Schwwammerd. de respir.c.3.

#### XXXIV.

Et hæc funt, quorum ad declarandam Afthmatis naturam temporis ratio meminisse permisit. Signa quod attinet diagnostica, ea ex supra data descriptione patebunt. Prognostica autem ex morbi vehementia ac duratione, facile desumi possumer and atthmata vix unquam curantur, paroxysmorum tamen ferocia minui ac induciæ longio-

res

#### 3658 ( 19. )3658

res medicamentis procurari poffunt : Morbos acutos comitantia aut fupervenientia fæpiffime funt lethalia; Dum in deterius ruunt, præprimis in fubjectis delicatiori vaforum texturâ præditis, fractis regiis viis Phthifin minantur. Plura qui cupit adeat Sennertum & alios.

#### XXXV.

In cura ante omnia videndum, num morbus fit folitarius, an complicatus & phthifin habeat comitem, quippe qui posterior peculiari modo tractandus : nos de priori faltem folliciti ratione triplicis constituentis caus existentiz, triplicem etiam aggredimur curam, aliter in humido, convulsivo & paralytico ita dicto, procedendo, fervata tamen duplici medendi methodo, Curatoria scilicet & Przsfervatoria, quarum prima docet, quid agendum sit in paroxysmo, ut zgrotans à przsfenti periculo liberetur; altera quid extra paroxysmum pro caus morbificz sublatione.

#### XXXVI.

Sicuti autem triplex in Asthmate humido datur materia, fluxa nimirum, fluens, & fluxura, ita inprimis in paroxysmo eò prospiciendum, ut primariò materia fluxa & fluens incidatur vel evacuetur vel corrigatur, ope triplicis potissimum fontis, Chirurgici, Pharmaceutici & Diœtetici.

#### XXXVII.

E fonte Chirurgico, V.S. in casu tamen specialissimo Plethora nempe aut ebullitione sanguinis nimia, locum invenit, quippe imminuto sic ejus quanto, liberior per vasa ei conceditur circulatio. Item Hæmorrhoidum apertio, quam ad miraculum in morbis pectoris profuisse observationes docent.

C a

XXXIIX.

#### 

E Pharmacevtica (1.) ad pituitam nimis viscidam incidendam primum sibi vendicat locum gummi ammoniacum, vel in vino aut aceto solutum, vel in spiritum Asthmaticum à B. D. Michaele destillatum : cujus præparandi modum ac cum aliis additis proportionem, ni memoria me fallit labilis, hîc adjicere conabor. R. crystall. arug.c. acet. destillat. parat. 3Vj.

gumm. ammon. 3jV. Sulphuris commun. 3ij. M.

destillando per alemb. in arena ( incautis disfiliunt vasa ) prodit spir. volat. acidulus, rectificatione facta penetrantisimus, ac mirabiliter pituitam solvens Asthmaticorum viscidam. Huic succdit, vel potius pari cum eo virtute gaudet sperma ceti, à Timeo l. 7. epist. IX. pro infallibili.ad 3j. in paroxysmo cum vehicul calid. propinatum, habitum, lenit enim acrimoniam muci, resolvit viscidatem & mobiliorem eundem pertinacius agglutinatum reddit, ut exinde etiam tuffis, ceu Afthmatis pedissequa fere ordinaria suam possit haurire medelam. His quoque annumeranda sulphurea ; ut balsam. sulphur. anisat. aut potus sulphuratus Helm. c. l. S. 77. descriptus. it. aqua hysfop. v. g. spirit. sulphur. p. c. ad gratam acidatem imprægnata, à Knöfpel. tract. de Febr. epid. malign. commendata, addendo filubet parum fyr. de nicot. Ex hyflopo, veronica, scabios, rad. helen. ireos flor. parata remedia, lippis etiam & tonsoribus nota, quilibet Medicinæ peritus in concinnandis formulis, non secus ac supra etiam dicta, rite adhibere poterit.

XXXIX.

His remediis finolit cedere paroxysmus ad evacuantia (2.) accedendum. Nunquam autem purgantia proprie fic dicta five fortiora in paroxysmo funt præscribenda, cúm o. mnes Practici unanimiter fere observarint, purgantia exagitando

#### 3658 ( 21. )3558

tando corpus ac succos contentos symptomata intulisse pejora : Nec fortiora etiam vomitoria antimoniata pectus concutientia ac suffocationis periculô toti machinæ hydraulicopnevmaticæ ruinam minantia, in paroxyismo funt propinanda, nisi forsan in ejus principio ac ubi materia viscida jam dum attenuata : Per evacuantia, igitur illa intelligimus sic di-Staexpectorantia que cum screatu ac levi quondam vomendi conatu materiam incisam è pulmonibus ejiciunt; Inter quæ omnem replent paginam ex nicotiana para-ta remedia ac inprimis decoctum ejus cum tusfilag, ab Epiphan. in experim. decantatum : cui in casu (3.) ubi humores acido vitiolo conspurcati, fimul alterandi, fispir.sal.armoniaci anisat. addatur, una sidelia duo dealbari poterunt parietes. Ad fontem diæteticum, ea que supra de sex rebus n.n. dicta, applicanda. asup tanut XL.

Extra paroxysmum Asthmatis humidi vomitoria ac purgantia mitiora ex gumm. ammon. cum mercurio dulc. in MP. redacto, propinata sunt egregia, ut sic remotà materià fluente & fluxurâ novus paroxysmus præcaveatur; nec vina medicata è rad. armor. acor. zedoar. ireos flor. helen. herb. menth. salv. ror. mar. card. bened. sem. anis. fornic. &c. cum pauco fale Tartari, hoc in loco funt contemnenda.

#### XIL

In Afthmatis vero ficci convulfivi paroxysmo omnia antepileptica conveniunt, sale vol. urinoso prædita, acidumque, fibras vellicans, potenter destruentia, selectiora sunt sal vol. fuccin., C. C., liquor. C. C. fuccinat, spir. & fal vol. fanguinis humani, quo desperatum asthmaticum addito laud. opiat. curatum fuisse, Nobilis. Boyle in Philos. Experiment. refert. His adde castorina ac olea dlta succin. anis., spiritus demulcentia & acri-

C 3

### - 3958 ( 22. ) 3958

& acrimoniam corrigentia. Extra paroxysmum, Afthmati. ci & scorbutici eadem ferre methodo sunt tractandi, quorum singularia remedia ex lumbricis ac millepedibus desunta vid. apud Willif.c. l. & alios. In Afthmate mixto, hæc remedia cum antecedentibus pro cujuscunque Medici Practici judicio conjungi poterunt.


#### XLII.

Defectus fpirituum aut corum retroceffio vel diffipatio, quam asthmatis Paralytici, ita dicti, causam diximus, per analeptica spirituosa quantú possibile restituitur, inter quæ eminent spiritus per fermentationem parati, lil. convall., anthos, tiliæ, spicæ, lavendulæ, salviæ, quibus pro ditioribus essent. ambræ. mosch. addi possunt. Olea etiam plantarum aromaticarum destillata vel intro sumta, vel cum bals. peruv, exterius illinitamedelam afferre notissimum; quem in finem quoque syr. ror. mar. quem Borell. tantopere commendat. cent. 4. obs. 46. optime convenire poterit. In obstructione nervorum Salia vol. impr. Spiritus Tartari vol Urinasus & formicarum per putrefactionem paratus interné & externé loco omnium essente.

#### XLIII.

In cafu specialissimo ubi v. g. à scabiè retropulsa proveniunt asthmata, ni Salvol. viperar. Antimonium diaph. Martiale, & ex fumar. parata remedia quid præstant, imitemur Zacut. Lusit. qui hunc scabie carentem scabioso associavit in lecto ut recuperaret; Aut si mercurilia nimium tractata induxerint asthma, per generosiora remedia mineralia illud curandum, quo in passu Bezoard. Solare, minerale, commendat Horst. 1.7. obs. 25.

XLIV.



Tantum de asthmate disservisse sufficiat; Plura quidem & afferenda & quz allata, accuratiori trutina examinanda fuisservisse penuria vetuisset : Rogo igitur L. B. vel is minus accurate exposita zqui bonique consulere.

# SOLI DEO GLORIA.



